Fragmentarium

Dantsanck ende bruytschads boeck ... ende ... VIII B 20/99

1487

dare sonitum in incessu suo . auditum
facere sonitum in templo in memoriam
filiis gentis sue. Stola sancta auro et hia
cincto . et purpura opus textile uiri
sapientis: iudicio et ueritate preditum . tor
to cocco . opus artificis; gemmis preciosis
figuratis in ligatura auri : et opere lapi
darii sculptis in memoriam . secundum nu
merum tribuum israel. Coronam aure
am super mitram eius expressam sig
no sanctitatis. Gloria honoris et opus uir
tutis . desiderio oculorum ornata; sic pul
chra ante ipsum non fuerunt : talia
usque ad orientem; non indutus est illa ali
enigena aliquis . sed tantum filii ipsius
soli et nepotes eius . Per omne tempus
sacrificia ipsius consumpta sunt
igni cotidie . Compleuit moises manus
eius : et unxit illum oleo sancto . Factum
est illi in testamentum eternum . et
semini eius sicut dies celi . fungi sacerdo
tio et habere laudem in nomine ipsius
et glorificare populum suum . Ipsum
elegit ab omni uiuente . offerre deo in
censum . sacrificium . et bonum odorem:
In memoriam placare populo suo . Et
dedit illi in preceptis suis potestatem:
in testamentis iudiciorum docere iacob
testimonia . et in lege sua lucem dare
israel: quia contra illum steterunt ali
eni . et propter inuidiam circumdederunt
illum in deserto homines qui erant
cum datan . et abiron . et congregatio
chore in iracundiam . Vidit dominus
deus et non placuit illi : et consumpti
sunt in impetu iracundie . Fecit illis
monstra . et consumpsit eos in flamma
ignis. Et addidit aaron gloriam : et dedit
illi hereditatem . et primitias fructuum
terre diuisit illi . Panem ipsis in primi

eis parauit in sacietatem . Nam sacri
ficia domini edent: que dedit ipsi et se
mini eius . Ceterum in terra gentis non
hereditabit: et pars non est illi in gen
te . Ipse enim pars eius est . et hereditas.
Finees filius eleazari tercius in gloria : imitan
do ipsum in timore domini . et stare in re
uerentia gentis . In bonitate et alacri
tate anime sue . placuit deo israel . Ideo
statuit ad illum testamentum pacis .
principem sanctorum et gentis sue . ut sit illi
et semini eius sacerdotii dignitas in
eternum . Et testamentum dauid regis
filio iesse de tribu iuda . hereditas ipsi et
semini eius . ut daret sapientiam in cor
nostrum . iudicare gentem suam in iusti
cia . ne abolerentur bona ipsorum . et
gloriam ipsorum in gentem eorum eternam fecit.
Fortis in bello iesu naue successor moysi in XLVI
in prophetis qui fuit uir magnus secundum
nomen suum . maximus in salutem
electorum dei . expugnare insurgentes
hostes . ut consequeretur hereditatem
israel. Quam gloriam adeptus est in tol
lendo manus suas . et iactando contra
ciuitates rompheas . Quis ante illum
sic restitit . Nam hostes ipse dominus
perduxit . Aut non iracundia eius
impeditus est sol : et una dies facta est
quasi duo: inuocauit altissimum
potentem in obpugnando inimicos
undique: et audiuit illum magnus et
sanctus deus . In grandinis lapidibus uirtutis
ualde fortis . Et impetum fecit con
tra gentem hostilem . et in descensu
perdidit contrarios ut cognoscant gen
tes potentiam eius . quia contra do
minum pugnare non est facile . Et
secutus est a tergo potentes . Et in
diebus moysi fecit misericordiam . ipse

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/99, Fol. [2]r – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-cczf/6737/56581)